



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117921**

§. 34. Ottonis I. obitus. Otto II. Imperator.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](#)

bus cunctis Imperator Adalberoni man- Sæculum X.  
davit, patrui Senis curam gereret, & sub A. C. 973.  
ipso Episcopo rem domesticam Episcopa-  
tus Augustani curaret.

Hoc Concilium in autumno celebra-  
tum. Anno autem sequente nongente-  
simo septuagesimo tertio, post Festum  
Resurrectionis, quod in vigesimam ter-  
tiam Martii inciderat, S. Episcopus co-  
mitante Adalberone Dilingam profectus  
est ad Comitem Rivinum nepotem suum,  
ibi aliquot diebus familiariter diversa-  
turus. Ecce autem, cum Adalbero ad  
sanguinem emittendum a chirurgo solvi  
sibi venam jussisset, & deinde cum Epi-  
scopo coenasset, illa nocte subito extin-  
ctus est, ingenti luctu non solum patrui  
sui, sed etiam omnium Dioecesanorum,  
quem utique ob raras dotes, quippe vir  
erat eruditus, in officiis Divinis cele-  
brandis assiduus, liberalis & beneficus,  
omnes amabant.

c. 24.

## §. XXXIV.

*Ottonis I. Obitus. Otto II. Impe-  
rator.*

**H**aud multo post tempore S. Udalrico  
nunciatur obitus Ottonis Impera-  
toris, qui diem Mercurii ante Penteco-  
stem, septimam Maji, anno nongentesi-  
mo septuagesimo tertio, supremam ha-  
buerat. Illa die Matutinis & Missæ in-  
I i 4 terfue-

Sæculum X. terfuerat, & eleemosynas, ut adsuevo-  
A. C. 973. rat, distribui juss erat. Sub vespertas ve-

ro, decantato *Magnificat*, defecit. Cir-  
cumstantes proceres infirmum scanno  
imponunt, in quo sedens inclinato capi-  
te expirasse videbatur. Rediit tamen  
spiritus, tumque mentis compoti Corpus  
& Sanguis Domini Nostri præbetur, quo  
accepto animam placidissime reddidit.  
Otto annis triginta sex solium Rex Ger-  
maniæ, undecim vero Imperator Roma-  
norum occupaverat, cui rerum gesta-  
rum gloria nomen Magni peperit. (\*)  
Altera die mane, defuncti filius, Ottoll.  
jam ante a Papa Imperator coronatus,  
novis acclamtionibus ab omni populo  
eligitur, eique Fidei perpetuæ sacra-  
mentum dicitur. Ipse parentis corpus Mag-  
deburgum deferri, ibique tumulari jussit.

§. XXXV.

(\*) Ex eo tempore usque in hanc diem Ro-  
mani Imperatoris Dignitas Germaniæ vindicata  
est. Illa vero, quæ in Sæculis proximis sequen-  
tur, merito dubium injicient, an Corona Romana  
Germaniæ Reges, aliunde potentissimos, ornaverit  
vel oneraverit magis. Ceterum, non sine singula-  
ri Divini Numinis gratia factum, existimandum  
est, quod in Sæculo X. quo non nulli Papæ Sum-  
mo Pontificatu indigni extiterunt, & Rome  
omnia susque deque vertebantur, Reges, Impe-  
ratoresque Ottones & Henricos Piissimos, Sa-  
pientissimos, invictos Germania dederit.